



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Magisteria quæ sint, & quomodo extrahantur. Cap. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

Magisteria que sint, & quomodo extrahantur.

C A P . X I V .



DI X I M V S , quintas essentias proprietatum , natu-
ram sequi mistorum , contra autem magisterium ,
elementorum qualitates sequi , ut neq; spiritum , neque
tinctoram extrahant , sed quoddam medium inter v-
erumque : magisterium igitur est id : quod præter sepa-
rationem elementorum à rebus extrahi potest . Essentia
quintæ sèpissime colores , tinctoræ semper , at magiste-
ria colores non sequuntur . Extrahendorum magiste-
riorum ratio diuersa est ex diversitate rerum naturali-
um . Exemplum apponemus , extrahendo

Magisterium gemmarum , coralli , & vniōnum .
Contere gemmas , & reuerberationis igni vehementis-
simō appone , vt in calcem redigātur , comitem ei adde
salinitrum , sed æquis ponderibus , calcem solue in aqua
vitæ , & quod in aquaabit , transfunde : resles puluis ite-
tum igni exponatur , & in calcem melius redactus , aquę

indatur, idq; donec totum in aquam abeat; aquam calenti furno appone, vt in auras solvatur, quod in fundo residet, est magisterium gemmæ. Uniones in aceto dissoluendi sunt, & si possint quoque limonum succo, acetum validum fieri potest, rebus illud roborantibus, vt in aqua vitæ diximus, utpote suis salibus dissolutus in balneo, aut fimo per mensem putrefieri sinito, mox distilla menstruum, & in fundo magisterium perlatum residuebit. Possimus quoque elicere

ex charabe magisterium.

Apponimus modum nos quo extrahere soliti sumus. Paracelsici aut celant, aut ignorant, quequid erit ostendimus. Tundatur succinum minutissime, rursum in aquam vitæ inspergito, vt illud soluat, solutum transfunde, & nouū injice, quo usq; quod solui potest, soluantur per mensem immorando, aquis omnibus in vas unum collatis, igni solvantur in auras, in fundo reses oleum magisterium est succini. Hoc ex sequenti magisterio cicatrices in facie deleuimus, & vertigines fugauimus. Apponimus modum extra hendi

Magisterium ex guaiaco,

Optimum profecto venereæ luis contagij remedium, nos primum prodimus. Ex guaiaco ligno sumuntur rasuræ, vel scobes torno quaæ sitæ, nam si lima quaruntur, ex aflicationis calore nobilissimi spiritus exhaustiuntur, in aquam vitæ repurgatam iuiciantur per diem, ubi colorem rubicundum contraxerit, scilicet eius oleositatem, & substantiam excolato, & nouam affundito, agitato semper, & conturbato, dum denuo coloratura aqua, colata, tantisper addes, & excolabis, quo usq; aqua non colorabitur amplius, scobem eandem prælo exprime, succum licinijs distillabis, distillatum in vas ebulliet, vt transpiret aqua, & oleum, siue resina, aut magisteriu[m] succini colore nitens odoratissimū recipe, qualiter nunquam putas in ligno contineri. Possimus idem, sed nō tantundem breuioris temporis momento exequi, scobem guaiaci in distillatam fontanam aquam injice, ebullias per diei medietatem, excola, per licinum transmittit

mitte aquam, & per ignem in auras soluatur, nam can-
dem resinam in fundo dimittet. Eligendum est lignum
satis resinosum, quod candela expositum, oleum, vel
pingue quoddam exudat. Eodem artificio nobilissi-
mum exuahimus.

Magisterium ex aloë.

Eodem modo torno quæsitum lignum in aquam vitas
injicitur, & coloratam, excolatam in tenuem vaporem
soluimus igni, & in imo vasis collegimus odoratissi-
mum oleum aloës, præstantissimum ad ynguenta. Pos-
sumus sic.

Magisterium vini

exhibere, nos spiritum vini dicimus, apponemus Para-
celsi modum, postmodum nostrum, quum suo nostris
regionibus vt nequimus. Vinum optimum, validum,
& generosum in vitreum vas infunde, vt tertiam inancem
relinquat, claudito os, aut Hermetis sigillo, aut validis-
simi glutino, vt dicemus; sub simo tribus quatuorve
mensibus teneatur, nūquam calore intermissio. Quum
hyeme frigora sœuiunt, his per mensē exponatur, &
congelabitur, sed spiritus, vel magisterium in centro se
recipit, quia sua tenuitate congelari nequit, rumpit vas,
congelatum abiçe, fluens recipit, quod in pellicano per
mensē circulari sinito, & habebis. Nos vinum iam di-
sum in vitreum vas ponimus rotundum, & putrefa-
ctum sub simo, glaciei vi, vt dicemus, congelamus, &
glaciamus, disrupto vase, liquidum recipitur, & maxi-
mam in eo vim cognoscemus, si per circulationem per-
fectius redes, & melius erit.

Quomodo rerum tinturae extrahenda.

C A P. XV.

TINCTURA est colorata rei purior, efficaciorque
pars extracta, nobilissimaque sui compositi, extra-
hitur vero ex gemmis, lapidibus, plantarum floribus,
radicibus, seminibus, & cæteris in hoc ab essentijs dissili-
det, quia præcipue materiei, ex qua extrahitur, colores
adscitit, artificiose à suo mixto segregatur, soletia, &
diligenti manus ministerio potius, quam labore distil-